



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XVII. Das Jungfrauenkloster Arendsee.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

## XVII.

### Das Jungfrauenkloster Arendsee.

I. Markgraf Otto überläßt, mit Zustimmung seiner Söhne und seiner Gattin, dem neuerrichteten Kloster Arendsee das deutsche Dorf Kaulitz und die Wendischen am See gelegenen Dörfer nebst anderen Besitzungen, im Jahre 1184.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Otto, in Brandenburg Marchio. Quoniam divina favente clementia pre ceteris terreni regiminis fulcimur gloria, dignum ducimus, ut eidem obtemperantes maxime in ecclesiarum amplificatione et earum incurforum extirpatione anchoram nostre spei figamus, et sic in obtentu nostre salutis ipsam soluto mortis debito adiutricem dirigamus. Vnde notum sit totius ecclesie tam futurorum quam presentium universitati, quod ego Otto, Brandenburgensis Marchio, annuentibus meis heredibus, Ottone, Heinrico, Adelberto, filiis meis, et uxore mea Adelheide, in honorem Dei et sancte Marie sanctique Joannis Evangeliste, sancti Nicolai et omnium sanctorum simulque ad utilitatem novelle plantationis ecclesie in Arnse, villam teutonicam, que dicitur Kaulitz, et Slavicis villas, eidem stagno adiacentes, totamque solitudinem, a rivulo, qui dicitur Sitzow, usque ad fluvium, qui vocatur Binden, et unum mansum in prato, quod fuit Domine Ode, cum Burchwerek et petitionibus et expeditionibus, cum advocatia et cum omni iustitia, que spectat ad Marchiam, predictae ecclesie Arnse, pro remedio anime mee, cum consilio predictorum heredum meorum contradidi, ut sanctimoniales ibidem Deo fervientes in perpetuum sustententur sub regula sancti Benedicti. Vt autem hec rata et inconvulsa maneant, potestate, qua potimur, hanc paginam cum sigilli nostri impressione porrigimus, atque per eam eidem ecclesie omnimodis nos obtemperaturos assignamus. Et ut firmior sit eadem ecclesia contra omnes importunitates infestantium, Tammo, Dei gratia Verdenfis episcopus, autoritate sua sub banni districtione confirmavit, et decimas iusticie sue attinentes eidem ecclesie alligavit. Facta autem sunt hec his presentibus: Alberto Preposito eiusdem ecclesie, Hefewigo Capellano, Alberto Comite de Osterborch, Wenero de Luchowe, Friderico de Osterwalde, Heinrico Comite de Danneberg, Friderico Advocato de Soltwedel, et Ministerialibus Cunone, Helemwico, Gherhardo, Hinrico, Bodone, Sigfrido, Mescelino, Friderico, Anno Dominice incarnationis Millesimo C. octogesimo quarto, indictione tertia, presidente Romane ecclesie Lucio venerabili Apostolico, regnante Friderico Im-

peratore et venerabili episcopo Tamone regente ecclesiam Verdensem et ducatum tenente inclito Bernhardo, preposituram autem Adelberto. Tam Senior quam Junior concesserunt.

Buchholz a. a. D. IV, Anh. S. 29. Beckmann's Besch. V, I, IX, 29. Lenz, Br. Urk. S. 2. Lentzi Beckm. enucl. S. 54. — Der unflare Schluß dieser Urkunde, der auf Otto I. und Otto II. zu beziehen sein dürfte, lautet in den Buchholz-Beckmann'schen Abdrücken Praeposituram autem Adalbertus tam senior quam junior concesserunt. Ich möchte die Worte Tam senior etc. für eine historische Notiz halten, die sich auf eine erfolgte Bestätigung Otto's II. bezieht. Es erhellt nicht, ob sie in der Original-Ausfertigung gestanden haben, da letztere nicht mehr zu ermitteln gewesen ist.

## II. Markgraf Albrecht bestätigt dem Kloster Arendsee seine Besitzungen, am 15. November 1208.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Albertus, Dei gratia Brandenburgensium Marchio, Notum sit omnibus tam presentibus, quam futuris Christi fidelibus, quod ego Albertus, Dei gratia Brandenburgensium Marchio, inter principes terre, more floris mane virentis, vespere arefcentis et in pulverem suum revertentis, eterna temporalibus commodis preferenda esse, fide cordis credo, et verbis oris affirmo. Proinde ecclesiam in Arneffe, in honorem beate Marie semper virginis, sanctique Joannis Evangeliste constructam, et patris mei divine memorie Ottonis Marchionis, optimo studio fundatam, fratrumque meorum Ottonis et Henrici devotione promotam, et eorum elemosynis in collatione predictorum cepisse satis ampliatam, benignitate paterna quasi jure hereditario ad me transfusam, quantum potero, consolari et fovere invigilabo. Inde est, quod expedita devotione predictae ecclesie et sanctimonialibus, in eodem loco sacro sub regula sancti Benedicti Deo servientibus, ad sustentationem, ea que predecessores nostri devote contulerunt, benigne confirmamus, videlicet mansum unum in villa, que dicitur Kamerick, et duos mansos et dimidium quadrantem super rivum, qui dicitur Aland, et dimidium mansum in Schoneberg, ecclesiamque in Krufsen, et quinque quadrantes in Potbadele, duos in Duceke, unum in Vilbom, unum in villa, que dicitur Grindel. Confirmamus eis etiam villam Arneffe, et villam Kawlitz, et Slavicas villas Burchstede, Sziffowe, Noyden, Baudifin et situm ville Szatun, preterea quicquid inter stagnum, quod dicitur antiquum Arneffe, et fluvium, qui dicitur Bindin, et provinciam Linegow habuerunt, vel habere possint, in silvis, in pascuis, in piscationibus, in venationibus. Indulsumus preterea ipsis advocatiam, et quicquid iuris nostri esse videbatur, videlicet petitiones, exactiones, opera, que Burchwerck vocantur, expeditiones, que vulgo Herzüge vocantur, frumentum, quod Belkorn vocatur, frumentum, quod Wizop vocatur, et omnia, que vulgo vocantur Recht et Vrecht, eo quod pro suis benefactoribus, tam vivis quam defunctis, intercedere teneantur. Ne igitur ullus hominum sic dictam ecclesiam in villis vel agris memoratis molestare presumat, presentem paginam sigilli nostri impressione munivimus. Huius donationis testes sunt, Henricus eiusdem ecclesie prepositus, Godofridus Canonicus in Stendal, Henricus eiusdem ecclesie Canonicus, Gifelerus tunc Cappellanus Curie. De Laicis autem Wernerus Comes de Luchowe, Henricus de Swerin, Gardolfus de Had-

mersleve, Fredericus de Hasele, Tydericus Dapifer, Rodolfus Pincerna, Henricus Pilhifern, Fridericus de Welle, Gherhardus de Retvelde, Hermannus Prefectus de Magdeburg, Reynerus de Hindenburg, Gherhardus de Belitz, Germarus de Stapheld et alii quam plures. Acta sunt hec in Sandowe, anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo octavo, XV Novembris, In Domino feliciter Amen.

Leug, Brand. Urf. 18—20. Lentzii Becm. enucl. 58. Beckmann's Besch. V, I, IX, 30.

III. Der Herzog Kasimir von Pommern verleiht dem Kloster Arendsee das Dorf Wargentin und den halben Wargentiner See, am 26. Juni 1215.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Kazimarus, Pomeranorum dux, Leu-  
tiorum princeps, omnibus fidelibus, ad quos pagina presentis scripti pervenerit, salutem in  
vero salutari. Notum vobis facimus, tam presentibus, quam futuris, quod nos, pro salute anime nostre,  
necnon et patris et matris nostre, ad sustentationem sanctimonialium in Arnesse deo servientium  
villam Wargutin cum omni iure et cum omnibus sibi attinentibus tam in aquis, quam in dimidio  
stagno ville adiacenti, in fluenti aque, que vocatur Pena, in clausuris, in agrisque silvis, de fluvio  
que vocatur Zuziza usque in silvam quercinam infra Malekin et Wargutin, vbi vossata sunt,  
que sunt nominata uosgrouen, voluntarie ecclesie dei in Arnesse contradimus, vt exinde pro no-  
bis et pro predecessoribus nostris oratio fiat imperpetuum in ecclesia eadem in Arnesse in honore  
sancte dei genitricis et virginis Marie necnon sancti Iohannis ewangeliste constructa. Et ut huius  
donationis certa permaneat prerogativa, hoc scriptum sigilli nostri impressione confirmamus. Huius  
donationis testes sunt, qui tunc presentes aderant: Sueno, abbas in Elda, Robertus, prepositus  
in Dimin, Valtradus, canonicus et sacerdos in Jhericho, Gozvinus, plebanus in Leuyn,  
Arnoldus, capellanus in Dimin; de nobilioribus vero laicis: Rochellus, eiusdem urbis castel-  
lanus, Dubimerus, Pribbezslaus de Kamin, Andreas, Priburiuitz, Ratyzlaus, Scar-  
bimariz, Dudie, filius eius, et quam plures alii. Datum Dýmin, VI<sup>o</sup>. kal. Julii, anno dominice  
incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XV<sup>o</sup>., regnante domino nostro Ihesu Christo.

Hasselbach, Rosgarten und v. Medem Cod. Pom. Dipl. I, 236. nach Eisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts  
Sahn I, S. 1.

IV. Die Fürsten Nicolaus und Heinrich von Rozstoch bestätigen dem Kloster Arendsee den  
Besitz des Dorfes Wargentin und der Fischerei auf dem halben Wargentiner See,  
am 20. Juni 1219.

Nicolaus et Henricus, fratres et domini de Rozstoch, omnibus imperpetuum. Quo-  
niam omnia, que ad nos pertinent ordinanda, firma manere volumus et inconwlsa, tam presentibus,

quam futuris in noticiam venire cupimus, quod nos clauſtro beate Marie uirginis in Arneſſe uillam Wargutin cum omni iure et cum omnibus ſuis attinentiis, capturam piſcium in dimidio Stagno influenti aque, que Pena uocatur, tam in agris, quam in ſiluſis, de fluuio Zuziza uſque in ſiluum quercinam infra Malekin et Wargutin uſque ad foſſata, que voſgroven nominantur, libere contulimus, ſicut contulerant Kazimarus necnon filius eius Wartizlaus. Verum quia de facto hoc poſteritati noſtre nullum uolumus relinquere dubium, preſentem paginam conſcribi fecimus et ſigilli noſtri munimine roborari. Teſtes hii aderant clerici: dominus Godefridus, dominus Theodericus, magiſter Reynnerus; layci: Heinricus dapifer, Jordanus, Baroldus. Acta ſunt hec anno gratie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XIX<sup>o</sup>., indictione ſexta. Datum Guſtrowe, XII<sup>o</sup>. kal. Julii.

*Kiſch, Urfunden zur Geſchichte des Geſchlechts Hahn, I, S. 3. Haſſelbach, Koſegarten und v. Medem, Cod. Pom. Dipl. I, 308.*

V. Johann und Gebhard von Plote, Gebrüder, ſchenken dem Kloſter Arendſee 42 Hufen Landes bei Negeband, am 2. Mai 1232.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis. Notum ſit uniuerſis tam futuri quam preſentis temporis fidelibus, quicumque preſentem paginam perſpexerint, quod nos Johannes et Geuerhardus, fratres de Plote, eccleſie in arnſſe ad ſuſtentacionem Monialium XLII manſos cum omni iure contulimus tam in paſcuſis quam in agris et paludibus et aquis et ſiluſis, preſentibus hijs: domino Johanne aduocato de Kyrifs, Teoderico de Bertekow et fratre eius Frederico, Gherardo de Rube, Ottone, Rodolfo, Arnolde, caſtrenſibus in Wuſterhuſen, et pluribus fide dignis. Ne igitur heredum noſtrorum hanc donacionem, quam ratam eſſe uolumus, queat infringere, priuilegium dedimus, quod ſigilli noſtri impreſſione corroborauimus. Iſti manſi iacent inter nyzzebant et dominum Abbatem de Dunemunde ſuper Timanize fluuium. Datum in Wuſterhuſe, Anno inc. dom. M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXII<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>. Nonas Maj.

*Aus Seidel's handschriftl. Urfunden-Sammlung.*

VI. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto, ſo wie das Kloſter Arendſee, diſponiren über die Beſitzungen, womit der Propſt Ludolph einen Altar daſelbſt ausgeſtattet hat, am 26. März 1283.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. Nos Otto, Albertus et Otto, fratres, Marchiones Brandenburgens. Gerburgis prioriſſa totuſque conuentus monaſterii in Arnſe omnibus hanc literam uisuris recognoſcimus proteſtantes, quod dominus Ludolphus, prepoſitus in Arnſe et in Sehufen, edificauit altare in eccleſia Arnſe in honorem dei omnipotentis et ſancte genitricis ſue uirginis Marie et ſancti Thome apoſtoli pro remedio anime ſue et

suorum progenitorum, illud dotavit cum sex mansis et decima minuta eorundem manforum et uno talento Stendaliensi, quos redditus sitos in villa Clodene idem dominus L. de rebus contractis a patrimonio et propriis laboribus comparavit. Statuens quod ad idem altare ab uno sacerdotum ecclesie missa pro defunctis et non alia die quolibet debeat celebrari, cuius missa prima collecta, Deus in cuius miseratione legatur, dominicis autem diebus missa de domina nostra celebrabitur, ac etiam in festis illorum sanctorum, qui proprias habent octavas, missa cantabitur de sancto, ita tamen quod propter missam altaris numerus missarum, qui fuit in ecclesia in Arnse antequam altare predictum fieret, nullatenus minuatur. Ceterum nos una cum domino L. arbitrati sumus et inviolabiliter statuimus, si quod abfit de predicta serie quippiam obmissum fuerit seu mutatum, consules antique civitatis Soltwedele habebunt liberam facultatem edificandi novum altare in ecclesia B. Marie virginis in Soltwedele et illud cum eisdem proventibus, quibus altare dotatum est, cuicumque clerico ipsis placuerit conferendi, non obstante quod ecclesia in Arnse bona huius altaris in quieta possessione et libera annis plurimis dinoscitur tenuisse. Attamen dominus prepositus Ludolfus proventus istius altaris et possessionem ad tempora vite sue libere possidebit. Nos igitur ne malignandi materia in posterum ab aliquibus suboriatur, presentem paginam inde confectam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Huius facti testes sunt infra scripti Dominus Henricus de sancto spiritu prepositus, dominus Albertus sacerdos et conuersus ibidem, Bernardus, Hugo sacerdotes, magister Christianus; milites vero dominus Arnoldus de Jagoue, dominus Arnoldus de Bodenstede, dominus Loueke aduocatus in Arnborch, dominus Johannes de Hertesuelde, dominus Hermannus de Boystere et alii quam plures fidedigni et honesti. Acta sunt hec anno incarnationis dominice Millesimo Ducentesimo LXXXIII<sup>o</sup>. sequenti die annunciationis sancte Marie virginis, que fuit feria sexta.

Nach dem Orig. im Salzwebedeschen Stadtarchive XVI, 1.

VII. Das Kloster zu Arendsee bekundet, zur Stiftung der zum Gedächtniß des Mag. Christian immerwährend brennenden Lampe eine Hebung vom Kaufhause zu Arendsee erworben zu haben, am 18. Februar 1289.

Nos Dei gratia Henricus Prepositus, Gerburgil Priorissa, totusque Conuentus Dei ancillarum in Arnesse recognoscimus et in notitiam universalem uolumus tenere prefenciam deuenire, quod pius magistri cristiani memorie felicis elemosinis emimus siue comparauimus in teatro, teutonice nuncupato Kophus, in villa seu opido arnesse unum talentum Stendaliensium denariorum in nativitate sancte Marie virginis dandum singulis annis et ad lampadem, que in ecclesia nostra in honore et reuerentia domini nostri ihesu cristi et gloriose semperque virginis marie ob laudem et gloriam et predicti magistri cristiani anime pro salute perpetuo iugiter ardebit die noctuque, cum diligencia convertendum. Si vero talentum prehabitu, quod abfit, per nos aut successores nostros in aliquos alios usus sed tantummodo lampadis prefate verteretur, Consules ex tunc veteris civitatis saltwedele plenam habebunt potestatem convertendi talentum antedictum in usus ecclesie beate marie virginis in Saltwedel veteri civitate. Huius autem facti sunt testes, do-

minuf Bernarduf facerdos et Johannes Georgii, magiftri cristiani testamentarii, Thietmaruf de vlfen, Johannes bormester, Henricuf de mechowe, Johannes georgii predictuf, Henricuf pertzeval, Johannes de kalene, Henricuf milde, Hermannuf cro-neke, Bodo de noua civitate, Thidemannuf de kercowe, Johannes de luchowe et Hoieruf de Distorp, confules predictae civitatis Saltwedel, quorum sigillo una cum nostro pre-sentem paginam in pleniorum premisorum testimonii evidentiam duximus muniendam. Datum et actum Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIX<sup>o</sup>. XII<sup>o</sup>. Kalend. Marcii.

Nach dem Orig. des Salz. Archives XXV, 4.

VIII. Ein gewisser Albert verkauft dem Probst zu Arendsee eine Getreidehebung aus dem Dorfe Howisch, am 3 Februar 1312.

In nomine Domini Amen. Quoties . . . gesta temporis retroacti cum factis notabilibus moderni temporis et futuri concidunt, est necesse, in commemoratione de premissis et recommendatione nova preteriti, pro celebriori notitia utriusque rei notabilibus et memoria cerciorari. Hinc est, quod ego Albertus . . . coram omnibus et singulis, quibus prefens litera exhibita fuerit, manifesta cognitione . . . , quod de mea libera voluntate, una cum consensu filiorum meorum ac heredum, iusto ac rationabili venditionis contractu vendidi, ac serie vendo in presenti Reverendo Domino Meinardo, in Arndse preposito, duos coros siliginis minus quatuor modis perceptionis annualis in villa Howisch, ad manus monialium ibidem in Arndse commorantium, perpetuis temporibus possidendos, videlicet in curia cuiusdam villani predictae ville Howisch dicti segker triginta modios siliginis antedicti, In curia prefecti ibidem IV modios, in curia Gerhardi Kleinau unum modium, in curia Hollendens unum modium, in curia Rinkens III modios et in curia unius dicti Bindeman duos modios, in curia Witzonis dicti Hoster unum modium, in Thiderici curia Bodeker unum modium et in curia Gerhardi unum modium, quolibet anno dictis monialibus libere tribuendos. Insuper dicto preposito et monialibus sepe dictis compromitto, quotiescunque a me requisiti fuerint apud dominum Marchionem animo benevolo principis ad conferendum bona predicta resignando interimque eius collationi ad manus fideles reservando. In cuius rei testimonium sigilla mei Alberti predicti una cum sigillis honorabilium virorum Consulium civitatis Sehufen, et Arnoldi de Rossau, famuli, presentibus sunt appensa. Et nos consules Sehufen, nec non Arnoldus de Rossau, rogati ut premittitur, sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Testes huius sunt Dominus Henricus, Plebanus in Loffe, Dominus Conradus Spigel, Plebanus in Howisch, Nicolaus de Rossau, Jacobus Schandavel, Presbyteri, Giso Barfewisch, Hinricus de Osterburg, Zabellus de Bretsche, cives in Sehausen, et plures alii fide digni. Datum et actum anno Domini MCCCX secundo, crastino purificationis Marie virginis.

Lenz, Br. Urkunden S. 865—867.

IX. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Arendsee Gebungen in verschiedenen Dörfern,  
am 4. Januar 1344.

Nouerint etc. Quod nos etc. Ob salutem et perhennem memoriam animarum magnificorum principum marchionum brandenburgensium bone recordationis predecessorum nostrorum, nostri, heredum et successorum nostrorum, appropriauimus et appropriare decreuimus Religiosis et deodatis personis abbatisse, priorisse et conuentui claustri arnsehe, deuotis nobis dilectis, in villis Zerne duos choros cum I choro filiginis, In villa Leppin XVIII choros filiginis cum omni iure, sicut bruningus de Redingstorp tenuit, In villa zulen VI choros filiginis cum omni iure, sicut H. de gartowe possidebat, in villa Craz V choros cum dimidio filiginis cum omni iure, a Stennuis uiris dictis de Schulenburg libere possessos, In villa Schannen VII choros filiginis, In villa lieften V choros filiginis cum omni iure, sicut frid. de garthowe tenuit et possedit, In villa Rademin duas curias, I choros filiginis annuis temporibus soluentes, In villa neylinge VIII chor. filig. annuorum reddituum, sicut h. de geitz tenuit et possedit, in antea cum omni iure perpetuis temporibus sine inquietatione quiete et pacifice possidenda. Renunciantes omni iuri, accioni ac impetitioni, que nobis, heredibus et successoribus nostris in premissis choris seu redditibus competebant vel competere possent aliqualiter in futurum. In cuius Testes: deck, wolfstein, pincerna, Lochin, magister coquine, zyckowe, hart. mager. Datum Berlin, anno predicto (M. CCC. XLIII), die dominico post circumfisionem domini.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arnburg Nr. CXXI.

X. Die von dem Kneesebeck verfaufen das Dorf Hilgenfelde an die Kloster Arendsee und  
Dambeck, am 8. Juni 1369.

Wy Herr Ludolf vnd Herr Ludolf, riddere, vndd Hans, ein knecht, Brodere, geheten van dem Kneesebeke, Bekennen vnd betugen apenbar Inn dussen Breue, datt wy hebben vorkoft vnd laten vorkopen vnd louen Herrn Ludeghere, dem Proweste, vor Aleheide, der Priorinnen, vnde vortmer dem meinen conuente des Godeshufes tu deme Arnse vnd Hern Hinrike dem Praweste, Vor Margareten, der Ehdessinne, vnde vortmer deme meinen Conuente des Godeshufes tu Dambeke, datt Dorp tu Hilgenfelde mit Pacht, mit lirse, mit der Bede, de me plecht uthogeuende tu Sunte Mertens Dage vnde tu Sunte Wolborgen Dage, mit rockhunren, mit Denste, mit Tegeden vndd mit aller Nutt, mit aller Plicht, de uth dem Dorpe geit vndd gy daruth gegaen hefft, mit dem Hogesten richte Pahl vndd mit dem Richte binnen thuens, vndd mitt me denste, gantz ewiglikem tu besittende, also datt wy an dem vorbenomeden Dorpe tu Hilgenfelde deger nicht mehr en beholden, mit alle dem, datt dar gy to gehoret hefft vndd tu hortt, ledig oder vorlegen, geistlich vndd werlick, vnde schollen en ledigen de ansprake, de Bus van dem Werder vnd sin Broder vnd Albrecht, de Grote, vndd ere ersen hebben an desseme Gude, vnd schollen vort mehr ene des guedes ein recht were sin vor alle rechte ansprake. 'Ock schol-



len wy vnnnd willen en scheppen den eigendoem, wollbebrenet, auer dutt vorbenomede Guet van ufeme Heren den Marggreuen van Brandenburgk, vnnnd alle dewiele, dat wy dessen nicht en doen, so en schollen se des nein Geltt betalen vor dut vorbenomede Guet. Alle dulle vorschreuen stucke lauen wy, Herr Ludolf vnd Herr Ludolf vnnnd Hans, vorbenomeden Herren Ludege tho dem Arnfe vnd Hern Hinrike, tu Dambeke Prawesten, vnd allen oren nakamelingen in guden truwen stede vnd vaste to holdende. Tho einer groten Betugunge vnnnd wifinge, so hebben wy vorbenomeden alle vse Ingefegele mit wittschop vnnnd mit willen hengen laten am dullemen Brief, de gegeuen vnd schreuen ifs na Godes Bortt drutteinhundert Jar, darna in dem negen vnnnd festigsten Jare, des erlten Fritags na deme achten Dage des Hilligen Lichammes Dage.

Gertsen's Cod. VIII, 462.

XI. Pappst Bonifaz IX. gestattet dem Kloster Arendsee, daß allen innerhalb der nächsten zwei Jahre in ihre Fraternität Aufgenommenen jeder Beichtvater vollständige Absolution ertheilen dürfe, am 16. Mai 1392.

Bonifacius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis in christo filiabus Priorisse et Conuentui ac uniuersitati, nec non dilectis filiis confratribus Monasterii Sancte marie virginis in Arnffe, Ordinis sancti Benedicti per priorissam soliti gubernari, Verdenfis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Prouenit ex vestre deuocionis affectu, quo nos et Romanam ecclesiam reueremini, ut petitiones vestras, illas presertim que animarum uestrarum salutem respiciunt, ad exaudicionis gratiam admittamus. Hinc est quod nos uestris supplicacionibus inclinati, ut confessor, quem quilibet uestrum nec non qui dicti monasterii confraternitatem usque ad biennium a data presencium in antea computandum intrauerint, duxerit seu duxerint eligendum, omnium peccatorum uestrorum seu ipsorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerit seu fuerint, semel tantum in mortis articulo plenam remissionem uobis et eisdem in sinceritate fidei vnitate sancte Romane ecclesie ac obediencia et deuocione nostra uel successorum uestrorum Romanorum pontificum Canonice intrantium perflitentibus auctoritate apostolica concedere valeat, deuocioni uestre ac ipsorum tenore presencium indulgemus, Sic tamen quod idem confessor de hiis, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam uobis et eisdem per uos et eosdem si superuixerit uel superuixerint uel per alios, si tunc forte transierit seu transierint faciendam iniungat, quam uos uel illi facere teneamini ut presertur. Et ne quod ablit propter huiusmodi gratiam reddamini seu reddantur procliuiores ad illicita in posterum committenda, volumus quod si ex confidencia remissionis huiusmodi aliqua forte committerent, quo ad illa predicta remissio uobis et eisdem nullatenus suffragetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et uoluntatis infringere nec ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri ei pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Rome apud sanctum petrum XVII. kal. Junii, pontificatus nostri Anno tercio.

Aus einem Transsumt im Königl. Sächs. Staatsarchive in Dresden.

XII. Priorin und Convent des Klosters Arendsee nehmen Adelheid Wulfesheit in ihre Brüderschaft auf, am 4. Mai 1393.

Alheidis, Priorissa, Totusque conuentus sanctimonialium monasterii beate marie uirginis in arnffe, ordinis sancte benedicti, dioecesis verdenfis, dilectis nobis in christo Alheydi Wulfesheyt deuotarum orationum communionem in christo sempiternam. Pia et deuota vestre salutis affectio nobis directa humiliter exposcit, quod vos ad almam nostram fraternitatem ac indulgenciam nobis et confratribus nostris a sede apostolica indultam, videlicet plenam omnium peccatorum remissionem, videlicet quam confessor, quem ad hec duxeritis eligendum semel tantum in ultimo mortis articulo concedere valeat, et ad participacionem omnium bonorum operum non in merito cogimur recipere et vobis eandem impertiri. Igitur hiis presentibus dictam nostram fraternitatem cum singulis remediis penitencialibus in sinceritate fidei concedimus et deuote indulgemus, Iniungentes vobis, quatenus tempore obitus vestri presentem literam procuretis remitti propter exequias vestras in nostra fraternitate peragendas. Datum Lypczk, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XCIII<sup>o</sup>. Dominica qua cantatur Cantate, nostre fraternitatis sub sigillo.

Nach dem Original im Königl. Sächs. Staatsarchive in Dresden.

XIII. Priorin und Convent des Klosters Arendsee nehmen die Markgräfin Katharina von Meißen und deren Söhne Friedrich, Wilhelm und Georg in ihre Brüderschaft auf, am 15. Mai 1393.

Nos Alheidis, Priorissa, Totusque conuentus Sanctimonialium Monasterii Beate marie virginis in Arnffe, nostrique conuersi nec non seculares confratres, non nostris meritis sed dei et apostolice sedis gratia magnis Priuilegiis et prerogatiuis indulgentiarum preediti et dotati, presertimque in vna indulgentiarum prerogatiua per dominum nostrum dominum Bonifacium papam nonum preornata, ut quoscuque eciam christifideles nostram almam fraternitatem eligentes infra byennium ad participacionem indulgentiarum plene Remissionis omnium peccatorum semel tantum in mortis articulo cum aliis remediis penitencialibus auctoritate apostolica nobis indulta recipere mereamur, Juxta tenorem bulle nobis desuper confecte, cuius tenor de uerbo ad uerbum sequitur in hec verba et est talis: (Urkunde Nr. XI.). Hinc est, quod nos Alheidis, Priorissa, Totusque conuentus Sanctimonialium Monasterii supradicti auctoritate dei et apostolice sedis gratia confise, Serenissimis principibus ac dominis, domine Katherine, Frederico, Wilhelmo et Georgio, fratribus, ipsius katherine antedictae filiis, Thuringorum lantgrauis et Marchionibus myssnenfibus, almam nostram fraternitatem cum suis remediis penitencialibus eligentibus humiliter et beniuole ascribimus ipsosque recipimus in infrascriptis ad eandem: Illustrissimis principibus ac dominis, domine Katherine dominisque Frederico, wilhelmo et Georgio, fratribus, iam dicte domine Katherine filiis, Thuringorum lantgrauis et Marchionibus myssnenfibus, prenominatis, Alheidis, priorissa, Totusque conuentus sanctimonialium Monasterii Beate marie virginis in Arnffe ordinis sancti Benedicti,

verdenſis dioceſis, Deutorum orationum communionem obedientia cum humili in chriſto ſempiternam. Pia et deuota veſtre ſalutis affectio nobis directa humiliter expoſcit, quod vos ad almam noſtram fraternitatem ac indulgentiam, nobis et confratribus noſtris a fede apoſtolica indultam, videlicet plenam omnium peccatorum remiſſionem, quam confeſſor, quem quilibet veſtrum duxerit eligendum, ſemel tantum inq mortis articulo ut preferatur concedere valeat, et ad participacionem omnium noſtrorum bonorum operum non immerito cogimur recipere et vobis eandem impertiri. Igitur hiis preſentibus dictam noſtram fraternitatem cum ſingulis remediis penitencialibus in ſinceritate fidei concedimus et deuote indulgemus, Iniungentes vobis, quatenus tempore obitus veſtri preſentem literam aut copiam cum nomine proprio alterius veſtri defuncti procuretis remitti propter exequias veſtras ſolempniſſime peragendas. Datum Liptzk, Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XCIII. Kal. Junii, noſtro alme fraternitatis Sigillo preſentibus ſubappento in teſtimonium et fidem omnium et ſingulorum premiſſorum.

Adiecta abſolutionis ſchedula.

Forma generalis abſolucionis Indulgentie plene Remiſſionis omnium peccatorum, que eſt remiſſio pene purgatorii in conſitorio apoſtolico In civitate lucana ordinata talis eſt: Confessione facta egrotantis dicat ſacerdos ſive confeſſor Autoritate dei omnipotentis et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius et ſancte Romane eccleſie michi conceſſa ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis confeſſis contritis et oblitis et ab omni voti fractione et tranſgreſſione et ab omni ſumma excommunicationum maiorum uel minorum et reſtituo te vnitati fidelium et ſacramentis eccleſie et ſi iſta vice moriaris eadem autoritate mihi commiſſa abſoluo te plene ab omnibus peccatis tuis et a pena in purgatorio tibi debitis propter culpas et offenſas, quas contra deum commiſiſti et reſtituo te eadem autoritate illi innocencie, in qua eras, quum renatus fuiſti, In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti Amen, Amen.

Nach dem Originale im Königl. Sächſ. Staatsarchive in Dresden.

XIV. Priorin und Convent des Kloſters Arendſee nehmen den Convent des Kloſters Medingen in ihre Brüderſchaft auf, am 1. Juni 1393.

Venerabili viro Thyderico Brandis, prepoſito in Medinge, nec non Elyzabed, Prioriſſe, Monialibus, fratribus et ſororibus Monasterii Sancti Mauricii et ſociorum eius Ordinis Sancti Benedicti, Verdenſis dyoceſis, Alheydis, Prioriſſa, totuſque conuentus Monasterii ſancte Marie virginis in Arnſe, Ordinis et dyoceſis predictorum, beate perhennitatis premia feliciter promereri. Sincere Karitatis affectus, quem ad nos et noſtrum Monasterium predictum actenus deuote geſſiſtis digne promeretur, ut ea, que ad ſalutem animarum veſtrarum cedere poterint, deuotis ſtudiis proſequamur. Sane nuper Sanctiſſimus in Chriſto pater ac dominus noſter, dominus Bonifacius papa nonus ſub Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. nonageſimo ſecundo certas nobis litteras ſuas apoſtolicas gracioſe conceſſit, quorum (quarum ?) tenor ſequitur in hec uerba (die Bulle Bonifaz IX. vom 16. Mai 1392 No. XI). Vnde vos dominum Thydericum Brandis, prepoſitum, Dompnam Elyzabet de Boxtehude, prioriſſam prenomiſatos, Gertrudim rempeſtede, Walburgim et Mech-

tildim wulues, Ghertrudim Swanes, Elyzabet hoyers, Conegundim Azendorpes Ghertrudim timme etc. — — Graciose huiusmodi concessionis cupientes esse participes Nobis humiliter supplicastis, ut vobis confraternitatem nostram dare et concedere et vos ad ipsam graciose recipere dignaremur; Vestris igitur supplicationibus fauorabiliter annuentes, Vobis confraternitatem nostram spiritualement et Communicacionem omnium missarum, oracionum et diuinorum obsequiorum nec non Vigiliarum, Jeuniorum, castigacionum et omnium honorum operum, que per nos et succedentes nobis in predicto nostro Monasterio ad laudem et gloriam Alme majestatis in perpetuum celebrari, fieri et exerceri gratia diuina concefferit, Nec non Indulgentiarum et gracie benefactoribus nostris per sedem apostolicam nouiter concessarum participacionem propter hoc cappitulariter congregate cum psalmis et oracionibus consuets tam in vita quam in morte presentibus damus et concedimus Vosque ad dictam Confraternitatem nostram hodie recipimus, Ita videlicet, ut dicte remissionis plene in mortis articulo, Nec non aliorum premissorum omnium per graciā dei iuxta Apostolicam concessionem predictam plenarie participes esse valeatis. Memoriam insuper cuiuslibet vestrum. Cum nobis decessus uniuscuiusque vestrum innotuerit, more nostro perpetuis temporibus peragemus. Datum Arnse, in Nostro Loco Cappitulari, sub Anno Domini millesimo tricentesimo Nonagesimo tercio, dominica Trinitatis.

Rath Harneberg, Monument. historic. fascic. III, Annal. Meding. 251—257.

XV. Priorin und Conuent des Klosters Arendsee nehmen den Priester Heinrich Altmersleben und dessen Schwester in ihre geistige Gemeinschaft auf, am 21. Oktober 1393.

Alheidis, Priorissa, totusque Conuentus Sanctimonialium Monasterii Beate Marie Virginis in Arnesse, Ordinis Sancti Benedicti, Verdenensis Dioceseos, Dilectis in Christo Domino Hinrico Altmersleue, Presbytero, et Ode, eius Sorori, Devotarum Orationum communionem in Christo sempiternam. Pia et Devota vestre salutis affectio nobis directa humiliter exposcit, quod vos ad almam nostram fraternitatem ac Indulgentiam Confratribus nostris a Sede Apostolica indultam, que est plena omnium Peccatorum Remissio semel tantum in Mortis Articulo, et ad Participationem omnium et singularum Orationum, Castigationum, remunerationum, largitionum, Eleemosinarum, Vigiliarum, Missarum perpetuarumque nostrarum Commemorationum non immerito cogimur recipere. Igitur hiis presentibus dictam nostram Fraternitatem cum singulis penitentialibus remediis premissis ob specialis Dilectionis affectum, quem Vos ad Nos et nostrum Monasterium habere conspiciamus, concedimus et devote indulgemus. Cupimus etiam presentem literam post obitum vestrum nobis remitti propter exequias vestras sollempniter peragendas. Datum Anno Domini MCCCXCIII., ipso Die Undecim milium Virgiquum, nostre alme Fraternitatis sub Sigillo presentibus appenso.

Bedmann's Besch. V, I, IX, Sp. 33. 34.

XVI. Priorin und Convent des Klosters Arendsee bewilligen dem Bürgermeister und dem Rathe der Stadt Minden ihre Bruderschaft, am 17. April 1394.

Alheydis, priorissa, Totusque Conuentus sanctimonialium Monasterij beate Marie virginis in Arneffee, Ordinis sancti Benedicti, Verdenensis diocesis, Dilectis nobis in cristo . . . Proconsulibus et . . . Consulibus Ciuitatis Mindensis tam senioribus quam presentibus in humanis uiuentibus eorum vxoribus et eorum pueris ac cuilibet eorum Deuotarum oracionum communionem in christo sempiternam. Pia et deuota vestre salutis affectio nobis humiliter . . . exposcit. Quod vos et quemlibet vestrum ad almam nostram fraternitatem ac Indulgentiam nobis a sede apostolica indultam videlicet plenam omnium peccatorum remissionem, quam Confessor quem ad hoc duxeritis eligendum semel tantum in mortis articulo concedere valeat, Vt in infrascripta copia vere Bulle plumbee Domini nostri pape plenius decernitur. Ex eo ad participacionem omnium et singularum oracionem, castigacionum, vigiliarum, missarum, Elemosinarum, largicionum, ac perpetuarum commemoracionum nostrarum non immerito cogimur recipere et eandem vobis inpartiri. Igitur hijs presentibus dictam nostram fraternitatem cum singulis penitencialibus remedijs premissis in sinceritate fidei vobis concedimus et deuote indulgemus. Datum anno Domini M. CCC. XC quarto, XVII. die, mensis Aprilis, nostre fraternitatis sub sigillo presentibus appenso.

Auf der Rückseite der Urkunde liest man:

Hanc gratiam procurauit Richardus de Minden ob reuerentiam Consulatus Mindensis, qua ad salutem animarum suarum ventur.

Mittheilung von Noojer nach dem Original im Stadtarchive zu Minden.

XVII. Quittung für das Kloster Arendsee, über das, was es dem Papste und Anderen von dem auf Grund der päpstlichen Bulle eingesammelten Gelde zum Geschenk gemacht hat, vom 17. Juli 1394.

Vniuersis et singulis presenciam visuris seu auditoris Nicolaus de Infula, archydiaconus Warnensis in Ecclesia Zwerinensi, Collector Jurium Camere apostolice debitorum in prouincia Bremensi necnon Verdeni et Camynensi Ciuitatibus et dioecesi auctoritate apostolica deputatus, Salutem in domino. Vniuersitati vestre notum facimus per presentes, quod venerabilis vir dominus Johannes duuel, prepositus, alheydis, Priorissa, Totusque Conuentus Monasterii sancte Marie virginis in Arneffee, ordinis sancti benedicti, Verdenensis diocesis, de questu pecuniario, que per certos procuratores ipsorum ad hoc deputatos auctoritate quarundam literarum apostolicarum per prouinciam Bremensem pro reparacione dicti Monasterii collegerunt et receperunt, sponte, libere et fraterne dederunt sanctissimo in Cristo patri et domino nostro, domino Bonifacio pape moderno, Centum ducatos et vnum clenodium, scilicet tabulam rotundam de ambra valoris XX ducatorum ac dederunt domino Camerario decem, domino thesaurario decem et domino nicolao

de ymola decem ducatos, quos omnes et singulos vna cum clenodio predicto per manus domini Johannis luttkeman, ipsorum procuratoris, nobis tradiderunt et presentauerunt de et super quibus centum ducatis pro domino nostro papa et Clenodio ac XXX ducatis pro personis prenotatis nobis presentatis prefatos dominum prepositum, priorissam et Conuentum nomine Camere apostolice presentibus quitamus, liberamus et absoluimus per presentes. Datum Iubik, Anno domini millesimo Trecentesimo nonagesimo quarto, mensis Julii die XVII, nostro sub sigillo presentibus appenso.

Nach dem Orig. im Rathhause. Archive zu Stendal Nr. 143.

XVIII. Das Kloster zu Arendsee bekennet, von Heinrich von der Schulenburg 40 Mark Lüb. zu einer Seelmesse empfangen zu haben, am 21. August 1425.

Wy Anna van Runttorpe, priorynne, vnde meyne samnongh in gode des closters to deme Arneffe bekennen in dessem openen breue vor als weme, alle vmme de virtich lubesche marck, de vns Hyarik van der Schulenburg, deme god' gnedich si, hefft gegheuen to eynen ewighen testamente, dar wy syner selen vnde syner olderen vnde aller syner leshoueden selen syner voruaren vnde aller syner nakamelinge, alle gheheten van der Schulenburg, to ewyghen tyden scholen vnde willen denken an vnsem bede myd villighen vnde med selemissen des fridagen auendes vnde des Sonnauenden morgens na des hilghen lichammes daghe vnde desse vorschreuen virtich mark vs alsus ghedan hebben, dat wy sy scholen vnder hebben nu to michaelis ouer vir jar, des klosters behuff vnde schade mede to werende, vnde wen dy vere jare vmme syn, so scholen wy desse vorschreuen virtich mark wedder bringhen an dem Rad to Soltwedel, der olden stad, dar wy na den ver iaren scholen mede kopen rente vnde defuluen rente to deylende alle jar den Juncvrowen, wen me begheyt de dechnisse. Weret ok, dat vs de rente wedder worden affghelosed, so scholen wy vnde willen nach rade Hern Berndes vnde Werners, brodere, gheheten van der Schulenburg vnde eren eruen vnde na rade des rades der olden stad to Soltwedele andere rente wedder kopen, de wy scholen vnde willen alle deylen to den dechnisse der erghenanten van der Schulenburg, eyner jisliken Juncvrowe na antal der rente. Dyt loue wy ergenannte Anna van Runttorpe, priorynne, vnde meyne Conuente to deme Arneffe den strengen hern bernde, riddere, vnde Werner, broder, gheheten van der Schulenburg vnde eren eruen vnde den erbaren borgermestern vnde radheren der olden stad to Soltwedel stede vnde vaste to holdende, sunder arghelist. Des to tughe so hebben wy vnser conuentes Inghezegel heten hanghen an dessen opene briff, de gheuen vnde screuen is na godes bort vinteynhundert jar, dar na in den vif vnde twyntigsten jar, des dyngghedages na vnser leuen vrowen dage der hemmelfart.

Nach dem Orig. des Soltwedelschen Archives XVI, 11.

XIX. Notiz über das Leibgedinge, was Markgraf Friedrich der Anna, Tochter des Ritters Matthias von Jagow und Nonne im Kloster Arendsee, im Dorfe zu Mechow angewiesen, vom 26. Mai 1440.

Item myn gnediger herre hat zu leibgedinge verlichen der Andechtigen Jungfrowen Anneken, Matthis von Jagow Ritters tochter, Closter-Jungfrowen zur Arntsee, disse hir nachgeschriebene güter: Im dorffe zu Mechow in Byndemans hoff I wyspel roggen, in Rybowen hoff I wilpel roggen vnd in Stappelcke hoff I wispel roggen, alles nach lude eyns briefs von mynen gnedigen herrn genommen zu Tangermunde an des heiligen lychams tage, Anno domini M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. XL<sup>o</sup>.

De mandato domini marchionis heinecz cracht.

Nach dem Churm. Sehnsceptalbuche XIX, 136.

XX. Kurfürst Friedrich II. vereignet dem Kloster Arendsee den Altar Petri und Pauli in der Stadtkirche zu Salzwedel und verpflichtet die Nonnen dadurch zum Gebet für das Seelenheil seines Vaters und seiner Vorfahren und seiner selbst, am 9. Dezember 1441.

